846

primam et alios omnes subsequentes Causae eiusdem Termi-
nos semper peremptorios Nullis contra exceptionibus allegationi-
bus dilationibus Evasionibus Infirmitatibus notionibus
Appellationibus earumque quibusuis prosequutionibus perfossa esse
dici volendo, imo et omnibus in vniversum suis remediis
et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessi-
bilibus se et suos succorso vi abscribendo et abrenuncian-
do. Submissione totius et integrae Causae.

Koski Snietna Donatio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castren Bransken perso-
naliter comparens Nobilis Marianus olim Stanislai Snietin-
ski de Koski Snietna haeres sanus mente et corpore existens
palam publice et libere recognouit. Quia ipse Nobilibus Bar-
tholomaeo Stephano Alberto Snietinskiem filiis suis le-
gitimis bonorum suorum in haereditate Koski Snietna
consisten in Area sex sulcos, incipien a reuersione arearum
ad septem lapideas protenden inter metas Adami Rzadca
et Martini Graczkowskie iacen cum omnibus eiusdem area
vtilitatibus fructibus prouentibus attinentiis et perti-
nentiis ac cum omni iure suo dominio proprietate proxim-
quitate ac titulo haereditario nihil sibi et suis possessionatus
dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter resig-
nauit perpetuis temporibus. Quibus iam exnunc inttromi-
ssionem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem quemuis
Regni Generalem et Nobiles duos officii acceptandos dat et ad-
mittit. Hac sua praesenti recognitione mediante.